JUR. CIV
THEOREMATA
JUXTA MENTEM
IMP. JUST.
IN SUIS TRIBUS
LIBRIS
INSTITUTIONUM.

LIB. I. THEOREMA. I.

NON nisi Minoribus desiderantibus Curatores dandi sunt, quia inviti adolescentes Curatores non accipiunt, preterquam in litem.

THEOREMA. II.

NISI anno vigessimo quinto exacto curatio non finitur.

LIB. II. THEOREMA. I.

FUriosus per id tempus, quo furor intermisus est, testamentum jure facere potest; Similiter nec interdictio bonorum succedens testamentum ante factum viciat.

THEOREMA. II.

QUOcunque enim loco feræ sunt, dummodo sint in libertate naturali, nullius sunt.

THEOREMA. III.

SIQUIS legat alicui debitum, quod se debere existimat, si nullam quantitatem exprimat, legatum est inutile.

LIB. III. THEOREMA. I.

SIVE esentiam obligationis spectemus, sive objectum earum, sive finem ultimum, non alio referri posunt aut debent, quam ad eam disciplinæ nostræ partem, quæ est de jure rerum.

THEOREMA. II.

DUO Rei credendi, aut debendi etiam citra stipulationem constitui posunt.

THEOREMA. III.

QUIDQUID Servus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur, adquirit hereditati ac perhoc etiam heredi postea facto acquiritur.

QUÆ PUBLICO CERTAMINI offerunt D. FRANCISCUS MELLADO, & D. JOSEFUS EMANUEL MESEGUER J.C.P. in hac Pontificia, ahc Regia Universitate sub tutamine D. D. D. Thimotei Cavanes, Utriusque Juris Examinatoris, & alterius Cathedræ Institutionum Moderatoris Die 23 Mensis Maii. Anno. M.DCC.LXXX.

Vt. D. Petrus Lespiault Univ. Rr.
Vt. Balaguer Sr. Rs.

D. Joachimus Rodriguez de Munera, Inventor.

Alagarda d. et sculp. Oriole. I.C. Tip.

R. 20.807
M.E.C.D. 2016

M E C D 2016